



Nº de Registro: 206-155

ENTRADA: 01-04-2026

PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 00782/2026-1333/25/I

DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, cuius est omnia quae ad concessionem et usum Indulgentiarum spectant rite ordinare, vi facultatum sibi specialissimo modo tributarum a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Leone Divina Providentia Papa XIV, Ministro fidei ac laetitiae nostrae, Exc.mo ac Rev.mo Patri Domino Sebastiano Chico Martínez, Episcopo Giennensi, benigne concedit ut, occasione sollemnium in honorem Beatae Mariae Virginis “de la Cabeza” celebrationum, die pro fidelium utilitate eligendo, post litatum divinum Sacrificium, impertiat omnibus christifidelibus adstantibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, iisdem interfuerint sacris, **papalem Benedictionem** cum adnexa *plenaria Indulgentia*, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et Orationem ad mentem Summi Pontificis) lucranda.

Christifideles qui **papalem Benedictionem** devote acceperint, etsi, rationabili circumstantia, sacris ritibus physice non adfuerint, dummodo ritus ipsos, dum peraguntur, ope communicationis instrumentorum propagatos pia mentis intentione secuti fuerint, *plenariam Indulgentiam*, ad normam iuris, consequi valebunt.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die XXV mensis Martii, in Annuntiatione Beatae Mariae Virginis, anno Dominicae Incarnationis MMXXVI.

Dignus card. De Donatis
Poenitentiarum Major

+ Christophorus Iosephus Nykiel
Episcopus tit. Velicensis, *Reger*